

Nobilissime Amplissime Domine.

321

Ego vero exultavi gaudio, cum nuper Tuae ad me tabellaris adferret. Scilicet tam clara Tuae erga me benevolentiae continebant argumenta, ut ad vota desiderii mei, praeter constantiam illius atque perpetuitatem nihil quaeat amplius accedere. Quod non tua causa scribo, Domine, quem scio abunde, nil remittere ex eo, quod cum ratione sanis, ac consilio suscipi; verum mea, ut qui nesciam, quo pacto dignum satis me benevolentia ista, amicitiae Tuae valeam praestare. Quamquam vero hic illius minor forte deprehendat factis, propter virum meum imbecillitatem, tamen operam daturum me ultro, et absque ulla hic profiteor figura, ne inueniatur, qui in amore Tui, reverentia, cultu meum animum ac voluntatem superet. Conatus nostros quatercumque in Philosophia Pythagorica illustranda Tibi, Domine, probavi, vehementer gaudeo, atque adeo vel propter hoc unum vergerem rem, et ad finem perducere conabor. Non quod perfecti aliquid elaboratius credam me in ea proditurum, sed ut monstrata nonnulla pedum via incitem extimulemque alios, ad cogitandum amplius de argumentis ad Philosophiam omnem rectius intelligendam, nisi fallor, vili ac prope necessario. Unde enim caeteri praeterquam sua habuerunt, nisi hoc ex fonte, quod Tu optime novisti, vir Amplissime, non in caetera Philosophia magis, quam in hac versatus. Quam ob rem hoc aere ferat, spero, si subinde venero ad illa Tuae Adversaria, et ex his subsidium quoddam rebus meis implerauero. Atque vltimam interea

prodirent, quae de Coadiutoris perficere sentis Te habere affectu.
 Argumentis nostris plurimum conducerent, cum non aliis magis
 longius Pythagoras intimis usus videatur. Nam Hermelia
 Tua, Laudem Aristotelis, licet frustra tandem quaesierim
 nis, spes est tamen aliqua, consecuturos nos studio operam am-
 corum. Opusculum cuius summa nuper mihi capta, opinione len-
 tior procedit, de Arrianum & Mauritium nostrum, Tadicum vobis
 Graecum, nunquam ante editum, Typographis vobis. Habebis tamen
 nisi omnia me fallunt, vere proximo. Interea Vallarium no-
 strum apud vos degenam Teo gratia etiam etiam comen-
 do, etiam et hominem probum sedulum, verum iniquissima furti-
 na per annos plurimos et domi, et multo magis apud exteros
 tantum non oppressum, servas, tacearis, ac promoveas, sumis pe-
 cibus ab Te oro rogog. Vale Vir incomparabilis. Deus Te ser-
 uet sumo omnis eruditionis litterarum comodo per annos plu-
 rimos. iterum Vale. Scr: Vrbana a. d. 19 Febr. 1664

Clarissimo homini Teo

summa fide, etiam perire

disertissime addidit

Joannes Schefferus
Argentorahensis.

Nobilissimo, Amplissimo, Experientissimo Viri,
Domino, Dn. HERMANNO CONRINGIO,
Doctori Medico, et in alma Fidia civitatis pri-
dentis, omnique adeo solidioris eruditionis Pro-
fessori celeberrimo, Fauteri suo plurimum ob-
servando

Helmsstadium.